



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

317. An consecutus parochialem Ecclesiam, unde tenetur promoveri intra  
annum, possit eam in fine hujus anno resignare.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

non solverat, succedens tali debitori in beneficio; tatus esse possit juxta plures Rota decisiones, quas citat Paris. n. 9, ita etiam in morte hac civili, quæ contingit in resignatione, utpote quæ natu ali æquiparatur. Paris. n. 10. Siquidem declaratio facienda in similibus casibus terminatur ad vitam creditoris vel debitoris, ut habet communis. Paris. n. 11. Unde sicut, si vasallus commisit, ob quod poterat privari feudo, si dominus dices decedat ante declarationem à se factam, jus privandi non transit ad haredem, ut gl. in c. l. §. 1. r. concubuerit. quibus mod. feud. amitt. cum communii. Etiamsi delictum tale, ob quod vasallus ipso iure privatus erat feudo, ut habet ibidem communis teste Claro l. 5. recept. sent. §. feendum q. 4. vers. quid sit culpa: a deoque, si Dominus non declaravit caducitatem, ejus successor nequit declarare. Paris. n. 12. junctio n. 14. Ita etiam, si moriatur vasallus, qui deliquit, antequam dominus proponit querelam, non poterit illam proponere contra haredem ipsius vasalli, ut Clarus. loc. cit. q. 65. Paris. n. 13.

**Questio 316.** An, dum in provisione resignatarii adest decretum, ut nullatenus possit iterum resignare alteri, nisi prius resignationem faciendam intimet resignanti, seu ei, qui in favorem sui resignarat beneficium sub reservatione pensionis, ad effectum nimurum, ut iste secundus resignatarius obliget se isti primo resignanti seu pensionario coram Notario & testibus de solvenda illipensione, alias resignatio sit nulla; an inquam is, non obstante illo decreto, possit nihilominus valide resignare non factâ dictâ intimatione?

**R**espondeo: Non debet quidem id facere, facta tamen resignatio in hoc casu est valida; si ille, cui facienda illa intimatio, non egit ad beneficium: Decretum enim tale annulariū solitum apponi in provisionibus ita demum operatur, si is, in cuius favorem apponitur, eo uti voluit juxta dicta q. praecl. Paris. l. 3. q. 4. à n. 1.

**Questio 317.** An consecutus parochiale Ecclesiam, unde tenetur promoveri intra annum, possit eam in fine hujus anni resignare?

**R**espondeo: Posse illum etiam ultimâ die illius anni resignare in favorem dictam Ecclesiam. Paris. l. 3. q. 2. n. 8. citans Oidr. cons. 203. nu. 1. Gamb. in c. licet. nu. 88. de rerum perm. & alios plures. Antequam enim annus ille perfectè elapsus est, & licet tantum jam de anno illo elapsum, ut jam intra reliquum illius ad sacerdotium promoveri nequeat, jus adhuc est & durat penes parochium illum in dicto beneficio parochiali. Paris. loc. cit. num. 9. & pena imposita propter non factam intra certum tempus promotionem, non incurrit, nisi ex toto tempus labatur. Paris. à n. 10. id pluribus exemplificans. Addo, quod Papa posset dispensare & prorogare illud tempus etiam ultimâ die. Paris. num. 14. Verumtamen responsum hanc limitat Paris. loc. cit. nu. 21. ubi ait: Hanc communem conclusionem declararem, nisi constaret evidenter de fraude differentis hanc

resignationem usque ad illas temporis angustias & ultimum momentum, & sic sentire idem Oldr. Gamb. aliquoꝝ à se citatos pro dicta conclusione. Quin & addit Paris. hodiecum istiusmodi resignationem non admittendam, ed quod quies re-signatur parochialis, stylus obtinuerit, ut debeat exprimi, quanto tempore illam posse derit resig-nans, & si tempus est breve, cessio rejicitur; si autem Papa admittit illam, dubium non est, quia valeat.

**Questio 318.** An impetrans beneficium per annum pacifice possessum ab alio (cum ex-regula de annual. teneatur intra 6. mensis pos-sessorem facere evocari in judicium, cau-samque intra annum terminare, de quo vide Paris. l. 3. q. 5. à n. 7) possit illud resignare tam antequam vocet possessorem in judi-cium, quam post; & antequam causa sit ex-pedita, id est intra annum?

**R**espondeo affirmativè: Paris. loc. cit. 2. citans Sarn. in reg. de annual. q. 62. & 63. Mandof. iii. dem. q. 23. & 24. Sic enim eriam, qui intra annum tenetur se facere promoveri ad ordines, potest resignare, priusquam id faciat. Sic resignare potest quis infra tempus datum ad publicandum: Quorum omnium ratio est, quod per collatio-nem factam ex causa resignationis, jus irrevo-cabiliter est acquisitum resignatio post ejus con-sensum. Paris. loc. cit. à n. 3.

**Questio 319** An & qualiter possessor paci-ficus exigi temporis resignare posse bene-ficium?

1. **R**espondeo primò: Quid hac in re speciale sit circa resignaciones parochialium beneficio-rum & curatorum suprà, ubi actum de resigna-tione parochialium, dictum fuit, potissimum ex Corrad. l. 5. 6. 1. n. 13.

2. **R**espondeo secundò: De beneficiis quoque alii personalem residentiam requirentibus, praesertim dum sunt reservata pensione, quod nec eorum resignatio ex usu Dataria Apostolica ab-solutè & indistinctè admittatur, sine temporis, quo ea resignans obtinuit, expressione; & si tem-pus illud breve est, rejiciatur resignatio; si autem tempore eriam brevi exprelio, Papa admittat, dubium non est valere resignationem, tradit Corrad. cit. n. 13. Garc. p. 11. & 3. n. 45. Et idem est in permutationibus istiusmodi beneficiorum cum aliis non requirentibus similem residentiam, ait Garc. ibidem n. 46. & Covarr. n. 17. De dicto au-tem stylo Dataria regulariter requiri, ut resignans possederit illud per annos 5. vel circa, aut latenter tres; quamvis antea requirerentur 7. aut 6. ait Garc. n. 47. Corrad. n. 14. deberique verificari (intel-lige coram executori parte opponente, ut Corrad. n. 11.) hoc tempus exprellum, ita tamen, ut si adjecta fuit dictio circa vel circiter, sufficiat verificari, quod per annos 4. & medium possederit, Corrad. n. 15. Garc. n. 49.

3. **R**espondeo tertio: Si beneficium simplex re-quirens residentiam resignari potest ante capram possessionem, ut dictum suprà, nil vetat, quod mi-nus resignari possit, etiam in favorem, mox à ca-pita possessione; nul etiam videtur verare, quod mi-nus Parochiale resignetur simpliciter in manibus Ordina-